Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dahin bereit und bewegt worden, das er unversehner Ding ohne alle beurlaubung, mit allem seinem Volckh aus dem Mayllendischen Leger gezogen, anheim hab sich begeben, und mit des Kaysers feindten ain confederation eingangen ist. Alias rationes, ob quas Henricus huic bello se subduxerit, alii assignant. Ugergensis sic habet: Dux Henricus de Saxonia perfide ab Imperatore recessit, sumpta occasione de excommunicatione, et forte accepta pecunia. Struvius Corp. Hist. Germ. in Friderico I: Dux igitur Henricus utpote solus ad subveniendum Imperio hoc tempore potentia et opulentia idoneus, Goslariam, ditissimam Saxoniae civitatem iure beneficii pro donativo ad hoc expetiit. Cesar autem tale beneficium sibi vivo extorqueri ignominiosum existimans, minime consensit. Pro quo Henricus iratus ipsum in periculo constitutum recedens reliquit. Adelreiter p. I, l. 22: Sed leo Imperatorem Romanis exsecrationibus obstrictum, et impium bellum detestatus, adhuc ne infimis quidem precibus potuit, etiam cum ejus gena Fridericus prensaret, et minas beneficiorumque exprobrationem promissis admisceret, ut quidquam opis aut operae in presens adhiberet. Unde sibi accivit iras implacabiles, et, quam mox videbimus, fortunae mutationem. Huic prelusit Philippus Archiepiscopus Coloniensis, qui cum Leone veteres gerebat inimicitias. Ut Cesari gratum faceret, cum valida hominum manu ad Cesarem profiscens, non Suevium modo, sed maxime Bojariam gravibus damnis affecit. Gobelinus Persona apud et. VI, c. 60, apud Struvium, et Falkensteinium, scribit, Imperatorem, Nemico in Palestinam profecto, Bavariae praefectos adjunxisse, ut si Henricus non rediret, eam Imperatori (posthabitis Henrici liberis) traderent. Propter hac facta est dissensio inter Imperatorem et Ducem. Credidem

Credideram eo ipso tempore, quo in Oriente versabatur Henricus, Bertholdum Andecensem ab Imperatore designatum suisse Ducem Austriae, atque a sede Merania Ducem Meraniae appellatum: ~~adeque jam anno 1170 legitur in diplomate Henrici VI Romanorum Regis inter testes subscriptus~~ Henricus Wurtburgensis Episcopus, Otto Frisingensis Episcopus, Conradus Abbas de Salueld, Eroldus Abbas de Weissenburg, B. Dux Meraniae, Comes Al. de Pogen --- Acta sunt hoc Anno Incarnationis Dominicae, millesimo, septuagesimo tertio, indictione sexta, regnante Domino Henrico sexto,

| si tamen aliquid valeat diploma Henrici VI. R./R., cui inter testes subscripti sunt